

58. *Primas meritò tibi tribuimus inclyte Ele-* Sleid. lib.
ctor IOHANNES, ediffere quæso, stetistinè 8. pag.
tempore exhibitæ confessionis vel postea etiam, à 125. Ge-
partibus Sacramentariorum? Quid responsi nobis nev.
ferat Sanctissimus hic Princeps, attendite quæso
Sacramentarij. Illud autem nobis Sleidanus his
verbis proponit: Cum ex Nassovij & Nuena-
rarij comitum verbis Saxo animadverte-
ret, Cæsari persuasum esse, quasi Zuinglij
doctrinam & Anabaptistarum ipse proba-
ret; responder: Cujusmodi sit doctrinæ
suæ genus, & quid suæ ditionis Ecclesiæ
ministri doceant, ex Augustana confessio-
ne satis notum esse: Sed & hoc constare,
cùm esset in comitijs Augustæ, NVLLVM
sibi fuisse, cum ijs, qui Zuingliani vulgò
putantur, COMMERCIVM: Sed NE
POSTEA quidem, donec sententiam il-
li suam explanassent. Eiusdem se NVNC
etiam esse propositi & quam sit Augustæ
professus doctrinam, in ea se beneficio
Dei permansurum esse, ad EXTREMVM
VSQVE SPIRITVM, & orare, ut ad
Cæsarem hoc nomine sese purgent.

NB.

59. *Idem piissimus Elector, eodem rursus refe-*
rentè Sleidano, Helveticos in fœdus recipere hanc
unam ob causam noluit, quod essent diversæ re-
ligioni, nempe Zuinglianae, addicti. De Hel. Ibi p. 125.
vetis in fœdus recipiendis (inquit Sleida-
2.
B 3 nus)